

{*Etym. II.xxv*¹ *SERMO DE YSAGOGIS PORPHIRII.* /

(1) ISAGOGA GRECE, LATINE INTRODVCTIO DICITVR, / eorum, scilicet qui *per* philosophiam incipiunt, *continent* in se / demonstrationem primarum rationum de qualibet re quid *ut* sua / certa ac substantiali diffinitione declaretur. (2) Nam posito primo *ge/nere*, deinde species et alia quae uicina esse possunt, subiungimus / ac discretis communionibus separamus, tamdiu interponentes differen/tias, quousque ad proprium eius de quo querimus signata eius expressione / perueniamus.

Vtputa homo est animal rationale mortale terre/num bipes risus capax. (3) Genus animal cum dictum est, substantia / hominis declarata est; est enim *hominis* genus animal. Sed quia late patebat, adiecta est species. Terrenum iam exclusum est id quod aut / aethereum aut humidum *est*. Differentia uero, ut bipes, propter anima/lia posita est, quae multis pedibus innituntur. Item rationale / propter illa quae ratione *egent*. Mortale autem propter id quod angelus est. / (4) Postea discretis atque seclusis *omnibus*, adiectum <est> proprium in parte postre«ma»; / est enim solum hominis quod ridet. Sic perfecta est *omnis* ex parte diffinitio / ad hominem declarandum.

Cuius <disciplinae> diffinitionem plenam existumauerunt(!) / aristotiles et tullius ex genere et differentiis consistere. (5) Quidam / uero postea pleniore in docendo eius perfectam substantialem diffinitionem / in quinque partibus uelut in menbris suis diuiserunt. Quarum prima est de <ge>/nere, secunda de specie, tertia de differentia, quarta de proprio, quinta / de accidenti. (6) Genus ut animal; est enim uocabulum generale et com/mune omnium animam habentium. Species ut homo; est enim specialitas / qua separatur a ceteris animantibus. Differentia ut rationale, **LE1671** mortale; his enim duobus differt homo a ceteris. (7) Cum enim dicitur rati/onale, discernitur ab inrationabilibus mutis, quae non habent rationem; / cum mortale ab angelis discernitur, qui nesciunt mortem. Proprium / ut risibile; homo est enim qui ridet, et hoc praeter hominem nullius anima/lis est. (8) Accidens ut color in corpore, doctrina in animo. Haec enim tem/porum uarietate et accidunt et mutantur. Et est ex omnibus his quinque / partibus oratio plenae sententiae, ita: Homo est animal rationale mor/tale risibile boni malique capax.

¹ The parts *in italic* are revised.

Sic etiam in omni oratione substanti/ali tandiu interponere
<debemus> species et differentias, quamdiu seclusis omnibus. / Quae hoc
idem esse possunt, ad id perueniatur, ut proprietas iam certa te/neatur.

⁽⁹⁾ Ysagogas autem uictorinus orator *quidam eloquentissimus* ex
greco transtulit in latinum, *non quidem sensum ex / sensu, sed uerbum ex*
uerbo; commentumque *earum* quinque libris / *insignis auctor boetius*
edidit. } /

Genus est quod de pluribus speciebus in eo quod quid sit
predicatur. /

Species est quod de pluribus numero differentibus in eo quod quid
sit predicatur. /

Differentia est quod de pluribus specie(!!!) differentibus in eo
quod quale sit predicatur. /

Proprium est quod de pluribus specie non differentibus in quod
quale sit predicatur. /

Accidens est quod de pluribus specie differentibus in eo quod
quale sit predicatur. /